



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quæ donatio insinuationem exigat apud Judicem, & quæ non exigat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

intuitu, ut si quid humanitatis donanti accidisset, haberet rem donatam taliter is, qui accepit; si autem supervixisset donans, aut revocasset donationem taliter factam, aut prior moreretur donatarius talis, quam donans, res donata maneret, vel rediret ad donantem: & hæc donatio mortis causâ quoad formam, & modum constitutionis convenit cum contractibus, ita ut non censetur perfecta, nisi mutuis donantis, & donatarii consensus intervenit; quoad effectum convenit ferè cum ultimis voluntatibus *leg. vet. Cod. de donat. mortis causâ.*

§. II.

Qua donatio insinuationem exigit apud Iudicem, & qua non exigit?

Donatio inter vivos, quod nonnunquam, ut valida sit, de rigore iuris coram Iudice insinuanda sit (sive in sive extra Iudicium) à donante suam voluntatem donandi declarante, & ut in acta referatur, ac scriptura super ea conficiatur, petente; cui insinuationi renuntiare non possit donans, ex iure Civili patet *l. donatio & l. in donationibus C. h. t.* ad multas scilicet fraudes, quæ in donationibus alicujus notabilis quantitatis, faciliè intervenire possunt, & nimiam etiam cavendam profusionem, cum periculo insolitæ paupertatis: & quamvis olim omnis donatio insinuanda fuerit, quæ ducentos solidos (sive ducatos Ungaricos, quos solidorum nomine venite hodie communiter docent) excedebat; postea verò, quæ trecentos

excedebat, hodie tamen insinuanda quæ quingentos solidos excedit, nisi absque hac insinuatione, invalida quoad excessum ultra quingentos solidos talis donatio; nisi donatio obligatione insinuationis sit excepta, quæ liter excipiuntur donationes factæ in modum, quæ corrumpunt, reparantur, quæ fiunt pro redimendis captivis, quæ fiunt Ecclesiis, aut aliis piis locis, quæ sunt remuneratoriæ, beneficiorum acceptorum causâ factæ, aut ob alia sequia præstita; quæ non solius modestiæ, & liberalitatis causâ, sed militiam v. g. ad studia, ad cupiensium fiunt; & denique quæ fiunt, & confirmantur adjecto juramento, de illis non revocandis: potest tamen etiam factâ insinuatione excessum ultra legem præscriptum donatarius securâ conscientiâ retinere, donec à donante, aut à hujus hæredibus excessus talis repetatur, vel per iudicis sententiam, quoad excessum talem, rescissa fuerit donatio, quæ per leges non censetur simpliciter irrita talis donatio etiam quoad excessum, tantum sub conditione, si revocatur donans.

§. III.

An & qualem potestatem donandi habeant Episcopi, alique Praelati, ac Rectores Ecclesiarum, & an etiam ac quatenus Religiosi

Quod non possit Praelatus sive Regularis, sive secularis, immobilitas, & in notabili quantitate, nisi gratuita, & liberales donationes facere, ex bonis & proventibus communi-